





1.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
9.



1729.

1. Alberti, Michael: De foetu mortuo.
2. Alberti, Michael: De mieta cruento.
3. Alberti, Michael: De torturae subjectis.
4. Alberti, Michael: De medicina stralegematica.
5. Alberti, Michael: De partu serotino.
6. Alberti, Michael: De exerescentia nasi cum haemorrhoidum anomaliis comosa.
7. Alberti, Michael: De militum valetudine tuenda.
- 8^o Boehmerus, Jo. Sam. Fridericus: De eo, quod iustum est circa torturam valetudinariosum 2 Sept. 1729 et 1740.
- 9^a Boehmerus, Just. Henricus: De jure militum ecclesiasticorum.
- 9^b Boehmerus, Just. Henricus: De jure militum ecclesiasticorum. Præmissa est præfatio ... Boehmeri de jure ~~eccl~~ ecclesiasticorum militum.

10. Callenberg, Jo. Henric: Juris circa christianos
mohammedi particular 19
11. Coschitz, Georgius David: De diarrhoea biliosa. 19
12. Coschitz, Georg. David: De diarrhoea serosa. 20
13. Gasserus, Simon Petrus, D. d. jur. consult. . . . Decanus:
Lectori benevolto s. p. d. (ad disputationem Jacobi
Benedicti Winckleri invitat.) 21
14. Gasser, Simon Petrus: De ejuranda ejuratione 23
15. Gasser, Simon Petrus: De gemino colore possessorii
a solo jure in re. 24
16. Gasser, Simon Petrus: De prerogativa dierum et
mensium in devolvendis hereditatibus. 26
- 17^{ad 2} Gasser, Simon Petrus: De inquisitione contra sus-
dum et mutuum naturae. 2 Script. 1729 et 1737 27
18. Gasser, Simon Petrus: Commentationes quasdam ^{legum} ad
de vicariis publicae veritatis exhibit 28

- 19⁴ Guntlingus, Nic. Hieronymus: De renunciatione hereditatum fratrum illustrium.
- 19⁶ Guntlingus, Nic. Hieronymus: De renunciatione hereditatum fratrum illustrium.
20. Hoffmannus, Fridericus: De dieta virginum.
21. Hoffmannus, Fridericus: De febre erysipelacea.
22. Hoffmannus, Fridericus: De vomitu eructo.
23. Hoffmannus, Fridericus: De cataracta.
24. Hoffmannus, Fridericus: De noxiis ex remediis domesticis incongrue applicatis.
25. Hoffmannus, Fridericus: De fonte medicato lignicari.
26. Hoffmannus, Fridericus: De laesionibus externis, abortivis venenis ac philtis.
27. Hakeidel, Nicol. Fridr.: De usufructu patris in pecuniis liberorum a debitio mortuis liberis facta, ceterosque suas rectos regulas ac philosophicas. Stadthaus juristat. commentat.

28. Hokeisel, Daniel Röver : Fundamenta compensationis
 a priori demonstrata sistit et lectiones suas hinc
 les Annis juridicis, hinc philosophicas studiorum
 juventuti . . . notas facit.
- 29^{1. & 2.} Luderig, Jan. Petr. de : De principum S. R. I.
 potestate in sacris ante paces religionis .
 2 Vendl. 1729 et 1738.
30. Michaelis, Christian Bened : De nominibus propriis
 sacris.
31. Nembauer, Inulus Rodolpheus : De phrasibus novis factis
 sacris : caro et sanguis .
32. Werenberg, Dr. Georg : Factum remissionum majoris
 partis chirurgiarum in concursu credendum
 non esse . . . in disputatione publica prouit .

16

I V R I S
CIRCA CHRISTIANOS
M V H A M M E D I C I
P A R T I C V L A E

E C O D I C I B V S M O S L E M O R V M
E R V I T

E T D I E A V G . P V B L I C A E D I S Q V I S I T I O N I
E X P O S V I T

I O . H E N R I C . C A L L E N B E R G

P H I L O S . P R O F . P V B L . E X T R A O R D .

R E S P O N D E N T I S M V N V S O B E V N T E

L V D O V . C H R I S T . V O C K E R O D T

G O T H A N O

T H E O L . C V L T O R E E T P A E D A G . R E G . C O L L E G A

H A L Æ M A G D E B V R G I C Æ

T Y P I S C H R I S T I A N I H E N C K E L I I A C A D . T Y P .



O
pr
ru
o
d
n
e
st



PRAESES RESPONDENTI

S. D. P.

Volupte mihi est, VIR IUVENIS DILECTISSI-
ME, Tecum prodire in publicum, ad hanc dif-
fertationem eruditorum disquisitioni exponen-
dam. Beati enim Patris Tui, quem non dubito
communem Germaniæ vocare præceptorem, quod no-
men pari ratione olim Melanchthoni tributum est, præ-
clara institutione, amore paterno, multisque beneficiis
per plures frui sum annos. Te ipsum habui discipu-
lum diligentissimum in his litteris, quæ scriptionis huius
materiam suppeditarunt; unde certo sperare potui, abs te
eam optime iri defensum. Quemadmodum vero tibi
gratulor de specimine, quod iam iam editurus es, diffi-
cile argumentum in publico doctorum cœtu tuendo,
certus, bene te staturum; ita DEVM submissee inuo-
co, ut tuis studiis, quibus equidem ad insignem iam
viti-

utilissimarum doctrinarum linguarumque scientiam
profectus es, porro felices largiatur successus, quo pos-
sis aliquando patrem polyhistorum, & veræ pietatis
non minus cultorem, quam propagatorem acerrimum,
& sancti animi habitu, & eruditione referre. Et cum
iam in *Pædagogio regio* nostro, illustri nobilium maxime
iuvenum schola, sub ductu *viri sapientis*, a b. CELLA-
RIO formati, præceptorem agas publicum, faxit Deus,
vt laboris tui fidelissimi indies maiorem conspicias
fructum, & ipse sub illo ad ampliorem campum ma-
gis magisque præpareris. Vale. Dabam Halæ
d. XVII. Aug. cio iccc xxix.

Quod





I.

Quod Muhammedanorum circa Christianos
ius sit, duce ABULLEITHI, Icti Muhamme-
dani, codice manuscripto, expositurus, ne-
cesse habeo, quædam nomina, quibus hi
ab illis designantur, proferre in medium,
quo facilius intelligas, quæ ex illorum scriptis adferentur.
Propria Christianis apud Muhammedis sectatores est ap-
pellatio *Nazarenorum*, traducta ab vrbe Nazareth, altera
Christi patria. Vocant eos quoque *populum euangelii*, id
est, gentem, euangelio donatam. Ipsi atque Iudæi dicun-
tur *scripturæ populus*, & *scripturarii*, seu homines, quibus
A Dei

Abulleithi أبو ليث qui placita sectatur Abuhanifæ, de
quo Abulpharagius agit p.170.

codice manuscripto. cuius titulus est خزنة الغنّة id est *the-
saurus iurisprudentiæ.* Extat hic codex in orphanotro-
phei nostri bibliotheca.

Appellatio Nazarenorum. انصار نصراني نصاري

Ahmed, ben Edris in Hottingeri historia orientali p. 352

Populum euangelii. اهل الانجيل

Scripturæ populus. اهل الكتاب Alcor. Sur. III:

Sur. V. 7. الذين اوتوا الكتاب من قبلكم

كتابي Corp. leg. p. 70.

Dei voluntas, ante Alcoranum, scripto patefacta fuit. Quotquot ex vtraque gente certis conditionibus sub illorum potestatem concesserunt, nominantur *clientes* seu *tributarii*. Interdum sic quoque nuncupant Sabæos. Conuicio Christianis posuerunt idem nomen, quod Iudæis & falsorum numinum cultoribus, nempe *infidelium* & *Deo attribuentium socios*. In libro Arabico, cuius titulus est, „*corpus legis*, hæc leguntur: *Coniux Magusææ, aut vxor infidelis viri, scilicet perinde est, siue Magusæus, siue scripturarius aliquis sit*. Adhæc Christiani, cum dedita gentili superstitioni cohorte, infami *Aklaf*, hoc est, *incircumcisorum* vocabulo notati sunt.

II.

Iam rem ipsam eo ordine, qui iuris Muhammedici disciplinæ proprius est, tractare adgredior, proponamque primum iuris illius sanctiones circa *infideles*. Hi ab eorum numero exclusi sunt, in quos *Sakautæ*, quæ data Deo ex legis præscripto portio est, beneficia

clientes ذمي

infidelium, كفار

Deo attribuentium مشركون Alcor. IX. 17. 18. 28.

Corpus legis. Inuenies librum hunc in bibliotheca orphanotrophei nostri. Plura de eo dicam, si occasionem nactus fuero vulgandi ea, quæ ex illo de hoc argumento collegi.

coniux Magusææ p. 70. نزوج للمجوسية او امرأة

الكافر (اي سواء كان مجوسيا او كتابيا)

iuris Muhammedici. de quo plura inuenies in *Abulpharagii* hist. dynast. p. 170. in *Golii* Lexico Arabico, & in *Maraccii Alcorano*, vbi etiam quorundam a me ICToque nostro vsurpatorum verborum loquendique modorum explicationem, quam hic repetere instituti non tulit ratio, reperies.

cia licet erogari. Abulleithus : *illi*, inquit, *quibus non licet impertire Sakautam, sunt . . pater, auus . . & infidelis*. Verum paterfamilias Moslemus die festo, quo solenne mensis Ramadani ieiunium soluitur, pro suis vxoribus, liberis parvulis, seruis, licet alienæ religioni obstrictis, constitutam stipem dare debet. Citatus ICtus: *Eroget vir eleemosynam solui, quod mense Ramadano institutum fuit, ieiunii, pro -- liberis suis parvulis, pro seruo suo, pro ancilla sua, pro illo, qui post mortem eius manumittendus est, & pro matribus liberorum suorum, (id est, vxoribus suis,) siue hi omnes infideles sint, siue Moslemi*. Aliquando Muhammedanum poenitet facti cum vxore diuortii, illaque rursus potiri quærit. Tum ad expiationem admittæ culpæ requiritur inter alia manumissio mancipii, liberumque iis est, a Moslemi, aut ab hominis, religioni peregrinæ addicti, ceruice seruile iugum deiicere. Idem: *expiatio pronunciatorum diuortii causa verborum, TV Vxor MIHI ERIS, SICVT DORSVM MATRIS MEAE, fit tribus rebus, ante contactum, manumissione mancipii fidelis aut infidelis, &c.* Hoc etiam valet in aliis piamentis, videlicet, soluti ieiunii, & iurisiurandi, excipi-

A 2

cipi-

الذين لا يجوز صرف الزكوة . .
 اليهم الاب والجد . . والكافر . .
 ويخرج الرجل صدقة الفطر عن
 اولاده الصغير وعن عيده وامته وعن مدبرة
 وعن امهات اولاده كفارا كانوا او مسلمين . .
 كفارة الظهر . . p. 132.
 ثلاثة اشياء قبل المسيس تحريم الرقية
 الموصنة او كافرة . .

cipiturque tantum piatio cædis. *Tria sunt*, dicitur autor scribit, *expiationum genera, in quibus licita est manumissio marcipii infidelis, scilicet expiatio soluti ieiunii, expiatio facti diuortii, & expiatio iurisiurandi; non autem licita est in expiatione cædis.* Mariti infidelis maledicta, quibus adulterii accusat vxorem, adeo despiciuntur, vt iudicium, quo vxoris castitas tentari solet, tum locum non habeat, nec pœna irrogetur. Abulleithus: *Septem genera coniugum sunt, inter quos non curanda, & ad iudicem referenda est maledictio, nec poena ideo statuenda, nempe si maritus infidelis est.* Non permissum est Muhammedano, cum infideli habere mercaturæ societatem. Abulleithus: *non licita est societas communis negotiationis inter Moslemum & infidelem.* Infidelis famam lædendi, incessendique illum conuiciis data Muhammedano est impunitas. Idem: *Quatuordecim hominum genera sunt, quos si quis conuiciis prosciderit, is excusate hoc fecisse putetur, nec castigetur, scilicet si conuicium fecerit -- infideli.* Perpetuum ius est oppugnandi eos, qui infidelium nomine ab ipsis infamantur.

ثلاثة من الكفارة يجوز عنها . p. 134.
 اعتناق الرقبة كفرة الغطر وكفارة الظهار
 وكفارة اليمين ولا يجوز كفارة الغنل
 سبعة نفر من الزوجين . p. 140. 141.
 لا لعان بينهم ولا حدّ اذا كان الزوج . .
 كافرا
 لا يجوز (شركة) . p. 260. 261.
 معاوضة) بين . . المسلم والكافر
 اربعة عشر نفر . p. 19.
 يعذب قاذفهم ولا يحد اذا قذف . . كافر

tur. Abulleithus: bello persequi infideles necesse est, etiamsi non incipiant bellum gerere. Parcunt tamen subinde oppugnatis, si deditioem fecerint, pactaque, quibus illis incolumitas promissa fuit, seruanda esse censent. Promittit vero securitatem vir fœmina, seruus, pugnae confors: nequit autem promittere puer, mente captus, Moslemus captiuus, mercator, & prohibitus seruus. Auctor ille: tria hominum genera sunt, quibus permissum est, securitatem promittere infidelibus, viri, fœminæ, serui, in bello constituti. At sex hominum genera sunt, quibus non licet securitatem polliceri, puer, furiosus, Moslemus captiuus in hostico, siue hic Islamiticam religionem susceperit, siue Moslemus intrauerit hosticum, mercator, & seruus prohibitus. Quando ad eadem venit, parcere tamen debent fœminis, infantibus, mente captis, senibus, claudis, cæcis. Abulleithus: Sex genera hostium sunt, quos non occidunt, fœmina, infans, amens, senex, -- claudus, cæcus. Furtim rapere licet homines ex hostico. Captiuos dux interficit, aut facit

A 3

tri-

قتال الكفار واجب وان *bello persequi* p.343.

لم يبدوا

ثلاثة نفر يجوز امانهم الكفار *tria hominum*

الرجل والنساء والعييد المقاتلة سنة نفر لا

يجوز امانهم الصبي والمجنون والمسلم الاسير

في دار الحرب او كان اسلم هناك او مسلم

دخل دار الحرب تاجر والعيد المحجور

سنة نفر اهل الحرب لا يقتلون *sex genera* p.345.

امرأة والصبي والمجنون والشيخ . . . والمقعود

الاعمى

tributarios, minime vero eos hosti reddit. Idem: *Si velit eos interimere, interimat ipsos captiuos imperator: sin velit relinquere eos, ipsos relinquat, tributaria clientela obstrictos Moslemis. Non licet autem remittere illos in hostium regionem. Inde Iurisprudencia Moslemica delabitur ad leges testimonii, cuius nulla est fides, si ab infideli in Moslemum dicatur. Abulleithus: non admittitur eorum testimonium propter defectum, qui in iis est, scilicet infidelium, allatum aduersus Moslemos.*

III.

Prog e lior ad clientes tributariosue, quo nomine designantur, quotquot Muhammedico imperio sese subiecerunt, penduntque tributum. Complectuntur igitur nomine hoc et am Christianos, in ditione illorum degentes. Ab his non postulantur decimæ, quæ de certis frugibus dari solent. Abulleithus: *consentiunt in eo, quod si fruges istæ reperiantur in terra tributaria, non dandæ sint decimæ illarum.* Qui sibi adiunxit foeminam, dum hæc in eo versatur statu, quo viri commercium ei detrectandum est, nihil cum illa contraxit. Hæc lex a doctoribus ad tributarios extenditur, vt Moslemus tributarii filiam tum nequeat habere, neque sponsus & sponsa, licet ambo tributarii sint, coniugium stabile possint facere. Status autem ille

ان شاء قتلهم الامام وان شاء
 تركهم اصرارا ذممة للمسلمين ولا يجوز ان
 يردهم الي دار الحرب
 لا يقبل شهادتهم لتقص
 فيهم . . . اهل الكفر علي المسلمين
 واجتمعوا على انه وجد
 في ارض الخراج لا عشر فيه

ille consistit in luctu mariti, divortio & profluuio men-
 struo. Idem statutum de coniugio, sine testibus facto.
 ICTus ille: *Si vir mulierem duxerit in matrimonium sine testibus,*
aut in statu, quo vetitum rem habere cum femina, etiamsi illa
 sit ex tributariis; non licet: nec licet, quamuis ambo sint tribu-
 tarii. Quod Moslemis de alenda familia præscriptum
 fuit, id sic applicatur ad tributarios, vt alere iubeantur
 patrem, auum, auiam, nepotes, vxores, licet Islamiticæ
 religioni deditos. *Obligati sunt tributarii ad sumtus facien-*
dos in septem (sex) species Moslemorum, scilicet ad sumtus sup-
peditandos patri, auo, auia, natis, nepotibus & vxori. Di-
 missa a Moslemo mulier gentis tributariæ effugit scorta-
 tionis infamiam. Idem: *Quinque sunt species mulierum,*
quibus non conuiciuntur pii, tanquam scortis . . mulier, tribu-
tarii filia, diuortio sciuncta a coniuge Moslemo. Infans expo-
 siticius, sublatus a tributario, ab hoc appellationem ge-
 neris, religionem vero sumit a loco, vbi expositus fuit:
 Moslemicam, si inuenitur in agro, aut vrbe Moslemorum,
 eam, quam tributarii, colunt, si in horum vrbibus, ædibus-
 que

si vir mulierem. p. 97. رجل تزوج امرأة بغير شهود
 أو في عدة من ذمي لم يجز ولو كانا
 ذميين

obligati sunt. p. 102. ويجزى أهل الذمة علي نفقة
 سبعة نفر من المسلمين علي نفقة الأب
 والجد والجدة والولد وولد الولد والنروجة

quinque p. 123. خمس من النساء لا يرمهن
 الاثنياء من الزنية . . المطلقة الذمية عن
 زوج مسلم

que sacris reperitur. Abulleithus: *Si is, qui tollit abie-*
ctum infantem, tributarius est, & tollit illum in agro Mosle-
morum, aut in vna urbium illorum, stabilitur quidem eius in-
fantis relatio ad illius profapiam, si eum adsciscat filium; et
erit Moslemus: nisi eum sustulerit in vrbe gentis tributarie,
vel in templo Christianorum, vel in Iudeorum aede sacra. Qui
alterum data opera interficit, itidem interimitur; nec
vlla admittitur expiatio. Moslemo etiam infligitur hæc
pœna, qui vitam eripuit tributario. Ictus noster: „Quod atti-
net ad cædem, de industria patratam. . necessaria ob eam est pœna
„talionis, nec locum habet expiatio; perinde est, siue seruus occi-
„datur, siue tributarius. Amittunt tributarii clientelam
sublatione fœderis, & transfugio ad inimicos. Fœdus
tollitur metu, bello suscepto contra Moslemos, & impedi-
ta solutione tributi. Ita ille: „receditur a clientela duobus
„modis

si is, qui tollit. p.280. ان يكون المنقط ذميا
فالتقطه في بلاد المسلمين او في قرية من
قراهم ثبت نفيه منه اذا اذناه ويكون
مسلم الا ان يكون المنقطه في قري اهل
الذمة او في بيعة او كنيسة حينئذ كان
ذميا

quod attinet. p.325. 326. اما (قتل) العمد . .
وجب عليه القصاص دون الكفارة سواء
كان المقتول عبدا او ذميا

receditur a clientela p.345. الخروج من الذمة
بشيين نبيذ العهد والدخول في دار الحرب
ونبيذ العهد بثلاثة الاشياء بالخوف . . وقتالة
مع اهل الإسلام . . والامتناع من اداء الجزية

„modis, abiectione federis, & ingressu hostici. Abiectione fede-
 „ris fit triplici ratione: timore . . pugna aduersus gentem
 „Islamiticam, & prohibitione soluendi tributi. Qui ad testi-
 monium tribuendum habetur ineptus, si testis produca-
 tur contra tributarium; tum quoque reiicitur. Idem:
 „non admittitur testimonium illorum, propter defectum, qui in
 „iis est; nempe prohibiti a dicendo testimonio, oppositum
 tributario. Ipsorum vero testimonium, quod inuicem
 alter dicit in alterum, accipitur, tametsi defectum habeat,
 ipsique religione inter se dissideant. Ictus noster: „accipi-
 „tur testimonium illorum, licet defectus in ipsis sit, & susci-
 „cio, nempe hominum tributariorum, quod alter in alterum di-
 cit, etsi dissentiant ipsorum religiones. Non conuenit, tri-
 butario scribæ partes demandari. Abulleithus: „non licet
 esse scribam in iudicio tributarium. „

IV.

Attingamus nunc scripturarios, quo nomine cum Iu-
 daeos, tum Christianos complectuntur. Vti possunt Mos-
 lemi horum maçtatu, & eorum quoque puerorum, quo-
 rum alter parentum scripturaria sacra profitetur. Abul-
 leithus: Octo sunt hominum genera, quorum licitus est ma-
 B ctatus

non admittitur. p. 367. sq. لا تقبل شهادتهم

لنقص فيهم . . الحصري علي الذمي

accipitur testimonium. p. 368. تقبل شهادتهم مع

النقص والنهية شهادة أهل الذمة بعضهم علي

البعض وان اختلف ملتهم

non licet p. 374. لا يجوز ان يكون كاتب

الحكم . . الذمي

octo sunt p. 296. ثمانية نفر لكل نبيوتهم

status; vir Moslemus & scripturariis sacris instructi - - puer, cuius parentum alter libro diuino donatus est., Tributum ab illis exigitur, Schisga appellatum, Idem: Imponitur tributum genti scripturarie, & quidem ceruicibus eorum. Poscitur hoc singulis annis, & quadraginta octo nummis argenteis constat, quorum viginti circiter aureum conficiunt. Soluitur particulatim quouis mense, aut semestri spatio. Dicitur Ictus: „Imponitur tributum ceruicibus eorum, vt soluant quouis anno quadraginta octo nummos argenteos; & accipiantur singulis mensibus quatuor nummi, aut viginti quatuor nummi, anno ex parte dimidia transacto. Nec vno anno ab ipsis pluries quam semel, accipiatur., Immunes sunt, qui nihil habent, lucranturque; verbi gratia mulieres, pueri, rationis vsu priuati, qui oculorum sensu carent, qui adepti sunt senectutem, qui in mancipatum venerunt, qui vitam in egestate degunt, nec faciunt lucrum. Citatus scriptor: Non imponitur illis tributum, videlicet faminis, pueris, insanis, cæco, decrepito, seruo, pauperi, nihil lucranti.,
V. lam

الرجل المسلم . . والكتائبية . . والصبي الذي
 احد ابويه كتابي
 يوضع (الجزية) على . .
imponitur tributum p.344.
 . . اهل الكتاب . . على اعناقهم
 يوضع . . على . .
imponitur tributum ceruicibus ibid.
 اعناقهم في كل سنة ثمانية واربعون درهما
 فيؤخذ في كل شهر اربعة دراهم وعلى متوسط
 الحال اربعة وعشرون درهما . . ولا يؤخذ
 منهم في السنة الا مرة واحدة
 لا يوضع عليهم الجزية
non imponitur p.344.

V.

Iam videamus, quæ præcipiantur de christianis, *Nazarenorum* nomine appellatis. Moslemo seu Muhammedano permissum est, vxorem ducere christianam. Et quum in solennitate nuptiali testes adhibeantur, circa Moslemi matrimonium testis esse nequit christianus, de sententia nonnullorum; alii eius testimonium probant; alii vero illud tum demum admitti posse dicunt, quando Moslemus mulierem christianam sibi adsociet. Abulleithus: *non initur*, inquit, *matrimonium testimonio infidelium, nisi ducat Moslemus Iudeam, aut Christianam. At initur illud testimonio Iudæi & Christiani, secundum Abuhanifam & Abuiosephum, verum non initur, secundum Mubammedum.* Coniugium, quo christiana mulier Muhammedano sociata est, exemerunt de iudicio, quo accurate diiudicantur mariti in vxorem coniecta maledicta, & tum aut huius perfidia, aut illius mendacium seuerè punitur. Idem decretum est de tali serui matrimonio. Abulleithus: *Septem genera*

B 2

con-

النسوان والصبيان والجانين . . والاعرابي
 والنزيرين والعبد وفقير غير معتمل
 ولا يتعقد النكاح بشهادة . . . non initur p. 87.
 الكفار الا نكاح المسلم اليهودية
 والنصرانية فانه يتعقد بشهادة اليهودي
 والنصراني عند ابي حنيفة وابي يوسف وعند
 محمد لا يتعقد
 سبعة نفر من الزوجين . . . septem genera. p. 141.
 لا لعان بينهم ولا حد انا كان الزوج . . .
 مسلما له امرأة . . . نصرانية . . . او عبد له
 امرأة . . . نصرانية

coniugum sunt, inter quos non curanda & ad iudicem referenda est maledictio, nec pœna ideo statuenda, videlicet, si maritus est Moslemus, cui vxor est christiana, aut seruus, qui christianam habet vxorem. Certæ iurisiurandi formulæ Muhammedanis & Christianis communes sunt. Citatus Ictus: quadraginta sex formulis, ait, iuratur: ALLAH, WALLAH, per Deum - - siue is, qui iurat, Iudeus sit, siue christianus. Cæterum iurare hic iussus est per DEVM, qui tradidit euangelium, id est, libros noui testamenti. Idem: iurent christiani per Deum, qui demisit euangelium ad Iesum, super quo sit pax! Mactatæ a christiano bestię carne vesci potest Muhammedanus: octo sunt hominum genera, - - scribit dictus auctor, quorum licitus est mactatus. - - christianus. A tributo, quod Christiani quotannis conferunt, liberi sunt monachi: non imponitur illis tributum - - nempe monachis christianis. Si quis ex christianorum numero, coactu alterius, Muhammedo nomen dedit, ei non potest renunciare, quia id, vi impulsus, fecerit: Octodecim res valent, quan-

سنة وأربعون لفظا يكون
يبيينا وهي قوله الله والله . . أن هو يهودي

أو نصراني ☩

يستخلف النصراني بالله . iurent christiani p. 352.

الذي أنزل الأنجيل علي عيسى عليه السلام ☩

ثمانية نفر يحل ذبيحتهم . octo sunt. p. 296.

. . النصراني ☩

لا يوضع عليهم الجزية . non imponitur p. 344.

. . الرهايين ☩

ثمانية عشر شيئا يصح مع . octodecim res. p. 382.

الأكراه . . أكره نصراني علي الإسلام ☩

quanquam cum coactione fiant -- coactio christiani ad religionis Moslemicae professionem.

VI.

Subiungo quædam de desertoribus' superstitionis Muhammedicæ, & de iis, qui hanc, christiana religione abiecta, suscipiunt. Quod ad illos attinet, impeditur Moslemicorum sacrorum desertor, quo minus sceminam, in matrimonium ducere possit. Abulleithus: defectio ab Islamitica religione prohibet ineundum matrimonium. Non tantum Muhammedanam ducere prohibetur, sed etiam infidelem. ICTus: Moslemicorum institutorum reiectio facit, ut prohibeatur is, qui illa reiicit, a matrimonio Moslemæ & infidelis. Initum verò dissoluitur; & tum nihilominus illi manet onus soluendi dotem. Idem: Ob sex rationes non, cadit dos -- ob -- defectionem a religione Islamitica., Quæ huic superstitioni nuncium mittit mulier, si vxor est, iacturam facit sumtuum, quos maritus ex legis præscripto ei debebat. ICTus ille: decem vxores sunt, quibus non tribuitur statuta impensa -- Islamitica legis desertrix., Nec eam per legem ducere quisquam potest, quamdiu ipsa ab Al-

B 3

co-

defectio ab Islamitica. p.97. الرّبة يمنع ابتداء

النكاح

Moslemicorum institutorum reiectio p.346. الرّبة

يوجب .. حرمة النكاح المسلمة والكافرة

ob sex rationes p.98. ستة أشياء لا يسقط المهر

.. ارتداد

decem vxores. p.100. عشرة من النساء لا تنفق

لهن .. المرتدة

corani doctrina abhorret. Ictus noster: *Connubium cum doctrinae Islamiticae desertrice non est licitum, donec Islamiticae religionis professionem edat.* Vt culpam expient gravio- rem, libertate donant mancipium. At seruus, qui a Muhammedana religione defecit, huius beneficii capax non est. Ille: *Sunt septendecim mancipia, quae non licet manumittere, expiationis causa: - Moslemicae religionis desertor.* Neque herus, qui hanc superstitionem, abiecit, seruo largiri potest libertatem. Idem: *Si is, qui a Moslemica religione discessit, manumittat seruum, non licet - si moriatur in sua defecti- one, vana est eius manumissio.* Foemina, ex qua liberos suscepit Moslemus, libertatem accipit, quando hic, abiecta sua superstitione, necatur, aut fugit ad hostes. Idem contingit seruo, qui post domini mortem, erat manumittendus. Modo citatus doctor: *Mater natorum, hoc est vxor deserentis Islamiticam religionem, & seruus, post mortem eius, in libertatem vindicandus, si ille desertor religionis occiditur in defectione sua, aut peruenit in ditionem hostium, libertatem nacti sunt.* Sic periurii crimen tollitur, inter alia, manu- mis-

connubium cum doctrinae p. 126. . . كاح

المتردّة لا يجوز حتى يسلم

sunt septendecim p. 133. 134. سبعة عشر من

الرقبات لا يجوز اعتاقهن من الكفارة . .

المترد

مترد اعتاق عبدا لم يجز . . . si is, qui p. 155.

ان مات علي رنته بطل عتقه

امر ولد المترد mater natorum. p. 157. 158.

ومدبرهم (ه) انا قتل علي رنته ان لحق بدار

الحرب عتقوا

missione mancipii. Verum seruus, qui Muhammedis instituta reliquit, indignus hoc beneficio censetur. Abulleithus: XXI. mancipia sunt, quorum non licita est manumissio, ad expiationem iurisiurandi -- eius, qui defecit a religione, Islamitica. Moslemo suam derelinquente superstitionem, & transfugiente ad hostes, eius perit locatio conductio. Idem: sunt decem res, quibus aboletur locatio conductio -- desertione religionis, cum transfugio ad hostes coniuncta. Bestiæ, quam ille ferit, caro Moslemis interdicta est. Dicitur scriptor: Quinque sunt hominum genera, quorum non licitus est mactatus -- Islamiticorum sacrorum desertor. Alio loco: desertio Moslemicæ Deum colendi rationis efficit, ut haud licitus sit desertoris mactatus. Seruus, cui Dominus concessit negotiandi facultatem, priuatur ea, quamprimum Muhammedi sectæ renunciat, fugitque ad hostem. Ictus noster: tredecim causis fit, ut prohibeatur seruus exercere mercaturam, Moslemicæ religionis derelictione, facta cum, transi-

XXI. mancipia. p. 180. احد وعشرون مقيدة لا يجوز
 عتقها في الكفارة . . المرتد ☉
 sunt decem res p. 277. عشرة اشياء ينسخ بها
 الاجرة . . الا ارتداد مع اللصوص ☉
 quinque sunt hominum. p. 296. خمسة نغسل لهم
 يجوز ذبحهم . . المرتد ☉
 desertio Moslemica p. 346. . . يوجب . .
 حرمة ذبحة ☉
 tredecim causis p. 300. ثلاثة عشر شيئا يصير به
 محجورا . . بالردة مع اللصوص ☉

„transitione ad hostem. De marito absente nunciatur uxori, illum sua reliquisse sacra. Si fama confirmatur, ius obtinet uxor, confestim alii viro nubendi. Abulleithus: „Quodsi vir absit ab uxore sua, & veniat ad hanc Moslemus, qui firmiter eam credere iubet, quod coniux eius defecerit ab Islamitica religione, quod Deus avertat! non licet ei tempus vitandi commercii virilis exigere, & nubere alii coniugi . . . Sin dicat: reiecit maritus meus Moslemorum sacra; & id confirmatum fuerit . . . licet illi, qui hæc audit, ipsam ducere in matrimonium. Is non iubetur ferre tributum Schisga, cum hoc sit pretium concessæ securitatis, quæ illi negatur. Abulleithus . . . „non imponitur illis tributum . . . scilicet desertori Moslemicæ religionis. Eius bona statim hæredibus distribuuntur. Ictus noster: „abiectio sacrorum Islamiticorum necessario postulat partitionem hereditatis. Nisi redeat defector ad relictam sectam, morte mulctatur, Abulleithus: „defectio a religione Islamitica necessariam facit cadem.

Quod

أن الرجل اذا غاب عن . . . *quodsi vir absit*. p. 308. امراته فجاء مسلم ثقة . . . ان زوجها ارتد عن الاسلام نعوذ بالله لا يحل لها ان تعتد وتزوج بزواج اخر . . . لو قال ارتد زوجها وثبت منه . . . يحل للسامع ان يتزوجها . . . لا يوضع عليهم الجزية . . . *non imponitur* p. 344. المرتد . . .

الربة يوجب . . . *abiectio sacrorum Islamiticorum*. p. 346. قطع الميراث . . . الربة يوجب . . . *defectio a religione* ibid. . .

Quod fecit testamentum, repudiatur. Idem: „quatuor ho-
 „minum genera non habent testamenti factionem . . qui Islami-
 „ticam religionem deposuit.

VII.

Haecenus de superstitionis Muhammedicæ desertori-
 bus egi; nunc dicam de iis, qui illam, patria religione ab-
 iecta, eligunt. Qui die solemni, quo Ramadani mensis in-
 edia in luxuriam definit, Muhammedo se consecrat, post-
 quam diluculavit, liber est a donis, tum erogandis. Abul-
 leithus: „Si quis Islamiticam religionem suscipit, post diluculum,
 „non obligatus est ad exhibendam eleemosynam, Fidrata appella-
 „tam. Quotquot ex hostium regionibus castrisque ad
 Moslemos transfugiunt, horumque se dicant sacris, quam-
 vis antea conditione servili fuerint, liberi evadunt. Idem:
 „manumissio, facta ob Islamiticæ religionis profesionem, scilicet
 „quando venit ad nos servus ex servis hostium, amplectens sacra
 „Moslemorum. De iure illorum, qui ex tributariis facti sunt
 Moslemi, hoc sancitum est. Tollitur causa, quæ irritum
 fecit matrimonium, nempe omisso testium, violatusque
 status, quo foemina viro abstinere debebat. Abulleithus:
 „vbi matrimonium tributarii irritum fuerit sine testibus, aut in
 „statu vitandi virorum commercii, deinde vero ille Moslemicæ se
 „subiecerit religioni, perstat matrimonium inter illos, ipsum sci-
 licet

quatuor hominum genera. p. 395 أربعة نفر لا

يجوز الوصية لهم . . المرتد

ولو أسلم الرجل . . . si quis Islamiticam p. 70.

بعد طلوع الفجر لم يأنه

اعتناق اسلام بان دخل p. 157.

عبد من عبيد أهل الحراب اليها مسلما

والنكاح بغير شهود أو p. 97.

في عدة من ذمي ثم أسلم ويبقى النكاح

بينهما في قول أبي جنيفة

licet & eius vxorem „ *secundum effatum Abuhaniſæ*.
IIX.

De illo autem, qui, cum Muhammedi ſacra deſeruerit, poſtea ad ea redit, hæc habent: coniugium eius ſtabilitur, ſi vxor ſimul illa profiteatur. ICTus noſter: „*defectio non impedit matrimonii conſtantiam, ſi Moslemo- rum ſacra ſuſcipiunt vniuerſi; tum conſtat matrimonium inter eos, poſt ſuſceptam Iſmaeliticam Dei colendi rationem. Quem defectionis poenitet, is, ſimulac reuertitur ad deſertam religionem, in integrum reſtituitur, & vindicat ſibi, quantum de ſuis rebus apud hæredes inuenerit. Abulleithus; „cum fecerit iudex hæc omnia, ſi poſtea deſertor redeat, Moslemicam proſtens religionem, irritum fit, quicquid egit iudex. Si reperit aliquid de opibus ſuis in manibus hæredum ſuorum, capit illud ab his. Sin religionem Iſlamiticam rurſus proſiteatur, redeatque, antequam iudex quicquam de ſuo abiudicet; vniuerſim, quicquid habet, ei manet.* Contra de Moslemo, qui, cum antea a chriſtiana religione ad Muhammedicam deſecerit, ab hac rurſus ad illam tranſit, hoc tradit dictus ICTus: „*ſi chriſtianus recedat ad id, a quo diſcedere coactus fuit, non concedatur, ſed invitus adigatur ad Iſlamiticam religionem.* Hæc, præeunte Abulleitho, de iure circa chriſtianos Moslemico edifierui; deinceps, ſi Deus vitam conferuat, plura ex aliis codicibus collecta publicabo.

defectio non impedit. p.97. *السرّة . . لا يمنع*

البقاء حتىّ اسلم جميعا بقى النكاح بينهما بعد الا سلام

cum fecerit iudex p.347. *اذا فعل الامام ذلك*

كله ثم رجع مسلما نفذ جميع ما فعله

الامام . . لو وجد شيئا من ماله في يد


ورثته اخذها منه وان اسلم ورجع قيل ان

يقضي القاضي بشيء منه لجميع ماله له

والنصراني لو رجع p.382. *si Christianus recedat.*

عليه لا يقبل ويحرم (ويحرم) علي الاسلام

﴿ (٥) ﴾



COROLLARIA.

I.

Christianorum sub Turcis status miser quidem est; at durior tamen interdum christianorum, in aliis regionibus degentium, conditio reperitur.

II.

Crudelius sæpe in regnis christianis, pontificii cleri instinctu, tractantur dissentientes ab eius placitis christiani homines, quam hos a Turcis tractari lex finit Muhammedica.

III.

Plura tamen continet lex Muhammedica,

dica, quæ æquitati naturali repu-
gnant.

IV.

Legum Muhammedicarum cognitio
ex itinerum descriptionibus ad-
modum incerta imperfectaque
habetur.

V.

Non inutile est, nosse Muhammeda-
norum circa christianos sanctio-
nes.

VI.

Linguae Arabicæ peritia multum con-
fert ad plurium populorum orien-
taliū historiam accuratius inve-
stigandam.





Halle, Diss., 1729 (A-G)

ULB Halle

3


002 417 944



Sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

RIS
RISTIANOS
MEDICI
CVLAE

10

MOSLEMORVM
VIT
BLICAE DISQVITIONI
OSVIT
CALLENBERG
VBL. EXTRAORD.
VNVNVS OBEVNTE
T. VOCKERODT
HANO
AEDAG. REG. COLLEGA
EBVRGICÆ
ENCKELII ACAD. TYP.

1729

10

